8054 1 *a* intus in patera cretacea nigra, cuius caelatura repraesentat Scyllam pisces crocodilum. Calibus rep. [apud Guidobaldium].

b presso il Commend. de Martino, che conservava tutt' i monumenti provenienti da Calvi, ricordo aver visto una forma a vase a rilievo con figure, ov'era a rilievo scritto il nome di Atilio GVIDOBALDI.

c intus in patera cretacea nigra, in qua cernitur puer gradiens utraque manu protensa ramum tenens. Rep. ad Capuam [Romae apud Dresselium].

d intus in patera simili, in qua cernitur mulier sedens in rupe, dextram imponens basi, quae sustinet Panem ithyphallicum; adstant Amor et Pan luctantes. Rep. Paesti e regione aedis q. d. Neptuni.

e intus in simili patera, in qua cernuntur rana et cancer [Neapoli emit Piot Parisinus; iam ibi apud Froehnerum].

f in patera nigra umbilicata, quae exhibet figuras sedecim saltatione quadam ad aedem pergentes: primae tres feminae sonant una tibiis, altera tympanis, tertia cithara; sequitur viri figura evanida; quinto loco femina est tympanis sonans, sexto Eros canistrum portans, septimo fortasse mulier tibiis sonans, octavo Pan syringe canens, nono decimo undecimo mulieres sonantes prima et tertia tympanis, media cithara, duodecimo vir nudus agnum hircumve portans, tribus locis qui sequuntur redeunt mulieres sonantes tibiis cithara tympanis, extremo denique rursus est Pan syringe canens. [Neapoli emit Castellanius cum n. 2 *b*.]

g. h [Neapoli apud Castellanium.].

i in patera nigra, in qua cernitur Centaurus ad d. [Capuae mus. Campan.].

a · K · ATILIO
c. d. e · IC · ATILIO
f. i K · ATIVIO sic

a Guidobaldius (cf. eius epistula ad Ritschelium suppl. III p. XIV = opusc. 4 p. 532) in tabula destinata monumentis Calenis, quae non prodierunt; repetita est inde apud Gerhardum *arch. Anzeiger* 1863 p. 79*.

b Guidobaldi l. c.

c Dressel misit ediditque ann. inst. arch. 1880 p. 173. Extrema o non cernitur.

d Leo *Bull. dell' Inst.* 1874 p. 88.

e Vidi (cf. Gerhard *arch. Anzeiger* 1863 p. 79*). Detlefsen apud Gerhardum l. c. p. 13* et apud Ritschelium suppl. II p. 10 tab. C = opusc. 4, 517; Michaelis *arch. Zeitung* 1863 p. 43 tab. 173 n. 3; *Cat. de la vente Piot* n. 130 q. n. v.; Fröhner *musées de France* (Parisiis 1873 fol.) p. 48 *b*.

f Helbig misit.

g. h Benndorf Philol. vol. 27 (1868) p. 493 sic: K·ATILIO et N·AT·///; anaglypha non describuntur.

i Dressel descripsit. Iannelli in act. Casertan. 1880 p. 51.

Prima littera in exemplaribus *d. e. i* sic est IC (nam lineola iungi eos ductus, id quod in *e* visum est Detlefseno, ego qui vidi nego, confirmaruntque exemplaria postea reperta), scilicet littera K disiuncta, qualis figura redit in titulo Umbro tabulae Ritschelianae LXXIIIA. Hanc interpretationem etiam apud Gerhardum l. c. defendi reiecta ea, quam Ritschelius opusc. 4, 556 tamquam meam impugnat.

8054 2 *a* intus scriptum in patera, in qua cernitur navis moneres. [Empta Neapoli iam ex dono Tomassettii Romae apud Institutum].

b patera umbilicata nigra; cernitur in ea protome Solis capite radiato eminens supra capita equorum duorum ad diversas partes spectantium; iuxta utrimque sunt capita iuvenum duorum cum mitris Phrygiis. Utrumque anaglyphum sexies impressum est. Inscriptio legitur circa umbilicum. [Neapoli venit Romam ad Castellanium cum n. 1 *f*].

c frammento di patera di creta cotta spalmata di vernice nera, ambe non della più perfetta qualità; la maggior larghezza è di 11 centim.; poggia con un piede circolare vuoto alto 15 millimetri; la sua massiccezza è di 5 mill. La forma concava è appena accennata. Assorge dal centro un cono terminante in ringonfiamento sferoideo, alti insieme undici millimetri; lo circondano due cerchi concentrici, indi una zona con lettere rilevate: attorno a questa, e quasi appoggianti sul di lei orlo le piante dei piedi, quattordici puttini, de' quali sono tre interi. Taluni sono interamente nudi; per lo più hanno mantello diversamente portato: due tengono toge strette nella cintura. Delle tre figure intere quella di mezzo nuda porta sul dosso e sulle spalle un capretto, del quale ritiene con la mano destra le zampe posteriori e con la sinistra le anteriori: le altre due sembrano portare panierini. Tutti a basso rilievo, in atto di camminare danzando, col viso a varie direzioni rivolto. Rep. a. 1863 dum via ferrata fit *sulle limitrofe pendici di Chiesa della Penna e Collemartino terminanti nella Lebba.* [Histonii in museo] MARCHES.

d scriptum intus in patera cretacea nigra circa figuras pompae Bacchicae ad aediculam pergentis similiter forma impressas. Rep. Corneti. [Petroburgi in museo academico STEPHANI *compte-rendu de la comm. arch.* 1874 p. 91.]

e patera umbilicata nigra, in qua cernitur raptus Proserpinae (accurate descripsit Helbig *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 82). Rep. Corneti.

f Tarquiniis rep. [Petroburgi in museo academiae].

g [Petroburgi in museo academiae].

h Caere rep. [Parisiis in museo publico].

i Caere rep. [Roman apud Garruccium].

b. d L · CANOLEIOS · L · F · FECIT · CALENOS litt. eminentibus
g L · CANOLEIOS · L · F · FECIT
a L · CANOLEIVS · L · F · FECIT

a Tomassetti *Bull. dell' Inst.* 1874 p. 146; Klügmann ann. inst. 1875 p. 295 tab. N, 2.

b Helbig misit a. 1880.

c Marchesani *gab.* p. 71 n. 166 sic dubitans: V·CANO EIO TF FEEIT.

d O. Benndorf *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 243 qui vidit (inde Wilmanns eph. epigraph. I p. 9 n. 7 *a*).

e Helbig *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 83; deficiunt quattuor litterae extremae.

f Stephani *compte rendu de la comm. imp. archéologique* 1874 p. 91 seq.; cf. Helbig *Bull. dell' Instituto* 1867 p. 129.

g Stephani *Vasensammlung der Ermitage* n. 911; *comptes rendus* l. c. p. 92.

h Héron de Villefosse *Bulletin des antiq. de France* 1879 p. 246 sic: L·CANOLEIO...

i Garrucci syll. n. 499 sic: |ANOLEI| |CIT·CALENOS.

Principium certum est; in exemplo integerrimo *d* inter principium finemque interstitium est non scriptum quattuor litterarum capax.

3 intus in patera cretacea nigra, ex qua media prostat Sileni protome, circa quam inscriptio est serto circumdata. Rep. Caere a. 1834 a Mancinia femina. [Deinde Parisiis in museo Durandi, iam in monetario publico].

l. CANOLEIV *l. f.* FECIT · CALENV

Est in vol. I n. 53 et apud Ritschelium in tab. XI ad exemplum gypseum Welckeri, accuratius in tab. XXXVI, c (cf. Enarr. p. 15). Kramer *Intelligenzblatt der Hall. Allg. Litt.-Zeitung* 1834 p. 346; Braun ib. 1835 p. 108; de Witte *descr. des antiquités du cabinet Durand* (1836) p. 350 n. 1434; Ritschl de fictil. litt. p. 28 = opusc. 4, 292, item Priscae Lat. suppl. IV p. 16 = opusc. 4 p. 555; Detlefsen apud Gerhardum *arch. Anzeiger* 1863 p. 74* (inde Wilmanns ephem. epigr. I p. 9 n. 7 *b*, ubi in adnotatione retractavi quae ante repertum vasculum n. 2 *d* contra Detlefsenum scripseram apud Gerhardum l. c. p. 78*); Fröhner *les musées de France* p. 49 *h*.

Demptis supplementis operis recentis (quae inscriptionem sic formaverunt CALENVS · · CANOLEIVS · · · FECIT) Detlefsenus demonstravit hodie superesse duo fragmenta |NOLEIV| et |ECIT·CALE|; accedere ex apographo Krameri, qui fragmenta vasculi non interpolata tria sic descripsit: CA—NO—ECIT CALENV (Braunius, qui sic dedit: CALENVS CANOLEIVS FECIT, quartum quoque deprehendit) litteras CA et NV; plura quam supplevimus spatia non recipere nec esse potuisse in vasculo *Canoleius* et *Calenus*. Contra Froehnerus: *la coupe*, inquit, *a été maladroitement restaurée; mais les lettres sont antiques.*

Lucernae Herculanenses et Pompeianae (p. 879 n. 8052).

8052 5. Pompeiis prodierunt nuper sex exemplaria inscripta COMMVNIS — COMVNIS — COMWIS. Fiorelli *Not. degli scavi* 1881 p. 302. 322.

8052 7. Simul prodierunt exemplaria quattuor inscripta ECHIO. Fiorelli l. c. p. 302. 322.

8052 10. Simul prodierunt exemplaria duo inscripta FORTIS. Fiorelli l. c. p. 302. 322.

8052 21. Simul prodierunt exemplaria quattuor et viginti inscripta STROBILI. Fiorelli l. c. p. 301. 322.

Lucernae reliquae (p. 882 n. 8053).

8053 20. Nuper prodiit Terranovae in Sardinia. Tamponius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 177.

8053 27. Nuper eruderata ad Nicoteram in praedio S. Irenae, est ibi apud I. Naso. Corso apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 305, legens RVFI FRON.

8053 78. Nissardius legit PEDI pro FEDI.

8053 105. Rep. Terranovae in Sardinia in villa Tamponi. Tamponius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 36 sic: IVN DRA.

8053 193. Ed. Henzen *Bull. dell' Instituto* 1863 p. 68.

8334 1 Bacoli [apud custodem piscinae mirabilis; emit H. Dessau].

L ANN PART Descripsit Dessau. Aut PARI est aut PART.

2 Neapoli [mus. Bourguignon].

FABRIC AGAT Descripsi.

3 [Sassari mus. Sclavo.]

MERCVR Nissardius vidit.

Vascula Calena (p. 885 n. 8054).

8054 1. Eiusdem figuli (cum inscr. ut *c. d. e*) vasculum nuper vidi Neapoli in museo Bourguignon. Vir galeatus s. apprehendit capillis puellam ad truncum arboris iacentem ab ipso aversam; pone virum dextram eius tenens stat Cupido.

Vasa et vascula reperta Pompeiis (p. 887 n. 8055).

8055 27. Nuper prodierunt Pompeiis exempla inscripta OF MOM vel OF MOM et OF M|. Fiorelli *Not. degli scavi* 1881 p. 301. 322.

8055 31. Alterum exemplum m. Febr. a. 1882 prodiit Pompeiis reg. VIII ins. 7 item in pistrino: *nella località a dritta dopo il forno si sono scoperte due vasche di piombo, poggiate sopra due pezzi esterni di molino in disuso, e munite di una sottovasca di terracotta, della quale si sono staccati alcuni pezzi, portanti la marca.* Prodiit apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 83; excepi ipse sic:

C · PETRON
SATVRNIN | C · P · S

8335 Pompeiis rep. OF RVFINI Fiorelli *Not. degli scavi* 1881 p. 322.

Vascula et reliqua cretacea (p. 891 n. 8056).

8056 11. Dele; legitur suo loco 8059 13 inter signacula.

8056 614. Ex actis Stabianis a. 1761 ed. Ruggierus p. 155.

8336 1 stilo scr. sub vasculo nigro *(piede di vaso di bucchero italico lavorato alla ruota)* inter rudera alia cretacea artis antiquissimae rep. Ardeae sub castello quod nunc est in sinistra ripa rivi Incastro, ubi antiquae urbis necropolis fuisse videtur.



Vidi ipse. Barnabei *Bull. dell' Instituto* 1882 p. 72. 97.

Quam Dresselius l. c. p. 97 proposuit interpretationem *eqo* (= ego) *K(aeso) Anaios* (= Annaeus), collata inscriptione quae est in aquaeductus operculo cretaceo reperto in Esquilino *eco C. Antonios* (ann. inst. 1880 p. 301), eo nomine offendit, quod pronomen *ego*, Graece ἐγών ἐγώ, Sanscritice *aham* (Curtius *griech. Etym.*[5] p. 525) per *q* quomodo scribi potuerit, non perspicitur.